sibiliter recipit. apud seuerum nobis et iam uisibiliter ostendit;
Hos ergo fratres karissimi in causa uestri examinis. quam cum districto
iudici habetis patronos facite. hos in diem tanti terroris illius
defensores adhibete; Certe si apud quendam magnum iudi
cem causa quaelibet uestra esset die crastino uentilanda. totus
hodiernus dies in cogitatione duceretur; Patronum uestra fra
ternitas quaereret. magnisque precibus ageret. ut apud tan
tum iudicem sibi defensor ueniret; Ecce districtus iudex ihesus
uenturus est. tanti illius angelorum archangelorumque conci
lii terror adhibetur; In illo conuentu causa nostra discutitur.
et tamen nos patronos modo non quaerimus. qui nos tunc defen
sores habeamus; Adsunt defensores nostri sancti martyres. Roga
ri uolunt. atque ut ita dixerim quaerunt ut quaerantur;
hos ergo adiutores uestrae orationis quaerite. hos protectores uestri
reatus inuenite; quia ne puniri peccatores debeant. Rogari
uult et ipse qui iudicat; Vnde et tam longo tempore com
minatur iram. et tamen misericorditer expectat; Sic
autem nos et misericordia eius refoueat. ut nullo modo negle
gentes reddat; Sic peccata nos perturbent. ut tamen nos in despe
ratione non proruat; Quia et si praesumentes metuimus. et
metuentes speramus. aeternum regnum citius adepturi
sumus. Per eum qui uiuit et regnat deus cum patre in sae
cula saeculorum AMEN

LECTIO SANCTI EVVANGELII SECUNDUM LUCAM;

IN illo tempore rogabat ihesum quidam phariseus ut manduca
ret cum illo. et ingressus domum pharisei discubuit. et ec
ce mulier quae erat in ciuitate peccatrix ÷ attulit alabas
trum unguenti et stans retro secus pedes eius lacrimis coepit
rigare pedes eius. et capillis capitis sui tergebat et osculabatur

÷ ut cognouit quia accubuisset in domu pharisei.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0095